

cognatus eius est cui testimonium phibet. Ecce testimonium maius Ioanne: testimonium aduenietis colūba. B Nec in cōgnate ad indicatū agnū dei uenit colūba: quā nīhil meli⁹ agno cōuenit quā colūba. Quod agnus in animalibus: hoc colūba in auiibus est. Sūma utriusq; innocentia: sūma simplicitas. Quid em̄ sic alienū ab omni malitia: sicut agnus & colūba. Nocere cuiquā nesciūt: ledere nō nouerunt. Sed ne fortuito casu id aduenisse causeris: ecce testimonium dei patris. Ecce de⁹ maiestatis intonuit: dñs super aquas multas: & uox patris audita est. Hic est filius meus dilect⁹ in quo mihi bene cōplacui. Vere em̄ hic est in quo nō est qd⁹ patri displicere: qd⁹ oculos maiestatis offendat.

Idem. Vnde & ipse ait. Quia q̄ placita sunt ei facio semper. Ip̄m, inquit, audite. C Ecce dñe iesu: uel iam nunc loquere. Quousq; filies: quousq; dissimulas. Diu tacuisti & ualde diu: uel iā nūc loquendi licentiā habes à patre. Quādiu x̄tus & dei sapiā: quasi infimus aliq; & insipiens lates in pp̄lo. Quādiu nobilis rex & rex celis: fabri rēte patris appellari pariter & putari. Et̄m Lucas euāgeliste testat. Qm̄ adhuc fili⁹ Ioseph putabat. O humilitas x̄tus christi: quātū cōfundis supbia nra uanitatē. Parū aliqd scio uel magis scire mihi uideor: & iā uenire nō possum: impudēter me & imprudēter ingerēs & offēdas: prōptulus ad loquēdū: uelox ad docendū: tardus ad audiendū. Et christus cū tāto tēpore silebat: cū sc̄ipsum abscondēbat: nūquid inanē gloriā metuebat. Quid timeat ab inani gloriā: q̄ est uera gloria patris. Vtq; timebat sed nō sibi. Nobis timebat ab illa quib⁹ nouerat esse timēdū: nobis cauebat: nos instruebat. Tacebat crēsed instruebat opē: & qd⁹ postea docuit vbo, iā clamabat exemplo. Discite à me: quia mitis sum & hūilis corde. Nā de iāntia dñi parū aliqd audiō: extūc sam usq; ad hūc tricesimū annū nihil inuenio. Nunc uerō iam latere non potest: qui tam manifeste demonstratur à patre. Nam in prima quoq; apparitiōe cū matre uirgine uoluit apparere: quod uerecundia quēdā in ut̄ginitate signaretur. Tertia quoq; apparitiō eius in euāgelio inuenitur: & hæc nihilominus hodie celebratur. Inuitatus enim ad nuptias dominus uino deficiente cōpassus corū uerecundia: aquū mutauit in uinum. Hoc etiam i sicut ait euāgelista signorum eius fuit intū. Itaq; in prima apparitiōe homo uerus innotuit: ubi inter ubera matris in faus apparuit. In secūda uerō: uerum esse dei filium patris indicat testimonium. In tertia uerō uerus esse de⁹ demonstratur: ad cuius inperium natura mutatur. Tot testimoniis hodie confirmatur fides nostra: tot indicis roborat spes nostra: tot incentiuis inflammatur charitas nostra.

De magis ubi exponitur illud de canticis Egre dum in filie sion. Sermo secundus. unde supra.

Res apparitiones domini legimus: una qdem die sed nō uno tpe factas. Et quidē mirabilis secūda: mirabilis tertia: sed prima apparitiō mirabilis animāda. Mirabilis aquarum mutatio: mirabilis Ioannis & colūbe pariter & paternæ uocis attestatio: sed illud mirabile magis quod agnitus est à Magis. A Nam q̄ deum agnoscat indicat adoratio: indicat thuris oblatio. Nec solū deū sed & regem agnoscat quod designatur in auro. Et in his nō latet eos magnum pietatis sacramentum: unde & myrtha indicat moriturū. Adorant Magi, & offerunt munera adhuc sugenti matris ubera. Sed ubi est d⁹ Magi: ubi est purpura regis huius. Numquid uiles panis isti, quibus est inuolutum. Si rex est diademata eius ubi est. Sed uos cum uerē uidetis in diademate quo coronauit eum mater sua in sacco mortalitatis: de quo refurgēs ait. Quia concidisti saccum meum: & circumdediti me læticia. Egre dimini filie sion: & uidete regem salomonem in diademate: quo coronauit eum mater sua &c. Egre dimini uirentes angelicæ incolæ ciuitatis supne. Ecce rex uester: sed in corona nostra in diademate quo coronauit eum mater sua. Sed his delitis usq; modo caruistis hanc hæctenus dulcedinem non gustastis. Habetis sublimitatem eius: sed humilitatem eius non uidistis

Egre dimini igit: & uidete regē salomonem in diademate: quo coronauit eum mater sua. Verū tamen nō est opus illis nostra exhortatione: qm̄ ipsi sunt q̄ desiderat in illum prospicere. Illis em̄ quāto sublimitas notior: tanto humilitas p̄ciosior & amabilior est. Vnde licet nobis maior sit causa lætitiæ: nobis enim natus est & nobis datus: tñ ipsi nos præueniūt: ipsi nos exhortātur. Probat hoc angelus qui gaudiū magnū euangelizat pastoribus: & q̄ cōstita est multitudo cælestis exercitus. Vobis ergo filie sion animæ faculares, debiles, delicate filie in quib⁹ nihil est fortitudinis, nihil est uirilis ad dimini filie sion. Egre dimini de sensu carnis, ad mentis: de seruitute carnalis concupiscentiæ, ad tem̄ spiritualis intelligentiæ. Egre dimini de terra & de cognatione uestra, & de domo patris uestri: & te regem salomonem: alioq; nō erit tutū uobis uide ecclesiastæ. Idē enim qui salomon, idēst pacificus in est: ecclesiastes: id est concionator erit in iudicio, id est dilectus domini in regno. In exilio mansuetus & alius, in iudicio iustus & terribilis: in regno gloriosus mirabilis. Egre dimini igitur: & uidete regē salomonē ubiq; rex est. Licet em̄ regnū eius nō sit de hoc in tamē rex est etiam in hoc mundo. Interrogatus siquid Ergo rex es tu. Ego, inquit, in hoc natus sum: & in hoc natus in mundum. Hic ergo rector est morum in iudicio secretor meritorum: in regno distributor præmiorū. Egre dimini proinde filie sion: & uidete regē salomonē in diademate, quo coronauit eum mater sua: in corona paupertatis: in corona miseriæ. Si quidem coronatus est, & à nouerca sua corona spinica: corona miseriæ: coronandus à familiaria sua corona iustitiæ: quando exibunt angeli & tollēt de regno ei⁹ oīa scandala: qñ ueniet ad iudiciū cum senioribus populi sui: cum pugniabit p̄ eo orbis terræ, aduersus insensatos. Coronat eū, & pater corona gloriæ, sicut psalm⁹ ait. Gloria & honore coronasti eum. Videte eū filie sion: in diademate quo coronauit eum mater sua. Suscipite coronam paruuli propter uos regis uestri: & una cum magis humilitatem eius adorare: quorum fidei deuotio uobis hodie proponitur i exemplo. Cui enim cōparabimus & cui similes æstimabimus uiros istos. Si latronis fidem si centurionis confessionem considero, in eo sup̄excellere uidentur isti: q̄ iam tunc miracula multa fecerant: tunc a multis prædicat⁹ fuerat: à multis adoratus. Attamen cōsideremus quid & illi dixerint. Clamabat latro de cruce. Domine memento mei dum ueneris in regnum tuum. Ergo ne per supplicium ille uadit in regnū. Quis indicauit tibi qm̄ oportebat pati christū. & sic intrare i gloria suā. Tu quoq; centurio eum unde nostris uidens qd⁹ sic clamās expirasset. Verē inquit, hic hō fili⁹ dei erat. Mira res, & omni ammiratiōe digna. Propterea rogo uos intuemini & uidete quā occultata sit fides: quā linceis oculis habeat diligentius cōsiderate. Cognoscat dei filium lætentem: cognoscat in ligno pēdentē: cognoscat morientē. Si quidem latro in patibulo: Magi in stabulo cognoscunt. Ille clauis infixum: isti panis inuolutum. Cetero uerō uisā agnouit in morte. Isti dei uirtutē in tenaci corporis infirmate: ille summum spiritum in expiratione: isti dei uerbum in infantia cognouere. Si quidem quicquid illi sermonibus: isti muneribus consistunt. Latro regem: centurio dei filium, simul & hominem pronunciat. Et hæc tria ipsa Magorū munera indicāt: nisi q̄ thure nō tā dei filii mōstrare quā deū. Obsecramus ergo charissimi propter uobis tāta charitas quā uobis deus maiestatis exhibuit: tanta humilitas quā suscepit: tanta benignitas, quæ uobis per christi humilitatem apparuit. Agamus gratias redemptori & mediatori nostro propter quem nobis innotuit tam bona erga nos uoluntas dei patris. Si quidem talem. & minus uimus eius animum: ut non immerito dicamus. Sic curri i. Cori. 9. mus, non quasi in incertum. Profecto enim tale est erga nos cor dei patris, quale nobis expressit: qui de eius corde processit.